



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofvrti ad Moenvm, 1665

Illustrissimo Viro Comiti Sarisburiensi, Summo Thesaurario Angliæ,
Cancellario Academiae Cantabrigiensis.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5



Illustrissimo Viro
COMITI SARISBURIENSI,
 Summo Theſaurario Angliæ, & Cancellario Academiae
 Cantabrigienſis.

QUæ Academia Cantabrigienſi dicantur, tibi jure Cancellarii accreſcunt; que autem à me proficiſci poſſunt omnia, tibi nomine proprio debentur. Illud magis videndum, num iſta, ut tibi debita, ita etiam te digna ſint: at que quod in illis minimum eſt (ingenium authoris) id propter tuum propenſum in me animum, nihil officiet; cetera de decori non erunt. Nam ſi tempus ſpectetur, antiquitas primæva ſummam venerationem habet: Si docendi forma; Parabola veluti Arca quædam eſt, in qua pretioſiſſima quæque Scientiarum reponi conſueverunt: Si operis materia; ea Philoſophia eſt, vita ſcili- cet atque anima humana, Decus ſecundum. Fas ſit enim dixiſſe, quæcumque Philoſophia, ſeculo noſtro veluti per ſenium repuer aſcens, adoleſcentibus, & ferè pueris relinquatur: Eam tamen omnium rerum, poſt religionem, graviffimam, atque naturæ humanæ maxime dignam eſſe, plane cenſeo. Etiam Politica, in qua te mirabilem præbes, & facultate, & meritis, & ſapientiſſimi Regis judicio, ab eodem fonte emanat, ejuſque pars magna eſt. Quod ſicui iſta, que affero, vulgata eſſe videantur: certè quid effecerim, judicium meum non eſt; id tamen ſcintus ſum, ut manifeſta, & obſoleta, & Locos Communes præter veſtus, aliquid etiam, ad vitæ ardua, & Scientiarum Arcana conferam. Erunt itaque captivi vulgari, vulgaria: alioſque autem intellectum fortæſſe non deſerent, ſed potiùs (ut ſpero) deducunt: Verum dum huic operi, dignitatem nonnullam aſtruerè conor, quòd ad re dicatum ſit; periculum eſt, ne modèſtia fineſtraneam, cum à me ſit ſuſceptum. Tu vero illud tanquam pignus affectus erga te mei, & obſervantiæ, & animi maxime devoti accipies, eique præſidium nominis tui imperties. Quare cum tot & tanta ſuſtineas, tempora tua diutiùs non morabor, ſed ſine ſciantiam, tibi felicia omnia comprecatus, & perpetuo futurus

Tibi & ſtudio ſuo, & beneficiis tuis
 devinctiſſimus,

Fr. Baconus.

ALMÆ MATRI, INCLYTÆ
 Academiae Cantabrigienſis.

CUM ſine Philoſophia me certè nec vivere jüvet; meritò vos in magno honore habeo, à quibus mihi iſta vitæ præſidia, & ſolatia fluxerint. Itaque hoc nomine, & me, & mea vobis debere profiteor, quòd minùs mirum ſit, ſi vos veſtris remunerem; ut motu naturali redeant, à quo traxerint originem. Et tamen neſcio quomodo, rara videntur *Veſtigia vos retroſum ſpectantia*: cum infinita à vobis profecta ſint. Nec nimium mihi ſumam (ut opinor) ſi ſperem, propter rerum uſum mediocrem, quòd noſtrum vitæ genus, & inſtitutum neceſſariò traxit; nonnullam ad hominum doctorum inventa, per hæc noſtra, factam eſſe acceſſionem. Equidem in ea Opinione ſum, Contemplationes in vitam activam translataſ, nonnihil novi decoris, & vigoris acquirere; & ſuppente uberiore materia, & magis altas fortæſſe radices agere, aut certè magis proceras, & frondofas evadere. Neque vos (ut arbitror) ipſi noſtis, quàm latè pateant Veſtra, quàmque ad multa perſineant. Æquum eſt tamen omnia vobis attribui, atque in veſtrum honorem cedere, cum acceſſiones quæque Principiis magna ex parte debeantur. Neque verò ab homine occupato, aliquid exquiſitum, aut otii miracula, & prærogativas requiretis; ſed & hoc amori meo ſummo erga vos, & veſtra, tribuetis; quòd inter rerum Civilium ſpinas, hæc non prorſus perierint, ſed vobis veſtra ſervata ſint. Valet.

Alumnus veſter amantiſſimus,

Fr. Baconus.

INDEX